

Psalmus responsorius

Ps 102, 1-2. 3-4. 6-7. 8 & 10. (R̄: 17)

R̄. Misericórdia Dómini ab ætérno super timéntes eum.

¹ Bénedic, ánima mea, Dómino,
et ómnia, quæ intra me sunt, nómini sancto eius.

² Bénedic, ánima mea, Dómino,
et noli oblivísci omnes retributiónes eius. R̄.

³ Qui propitiátur ómnibus iniquitátibus tuis,
qui sanat omnes infirmitátes tuas;

⁴ qui rédimít de intéritu vitam tuam,
qui corónat te in misericórdia et miseratióibus; R̄.

⁶ Fáciens iustítias Dóminus
et iudícium ómnibus iniúriam patiéntibus.

⁷ Notas fecit vias suas Móysi,
filiis Israel adinventiões suas. R̄.

⁸ Miserátor et miséricors Dóminus,
longánimis et multæ misericórdiæ.

¹⁰ Non secúndum peccáta nostra fecit nobis,
neque secúndum iniquitátes nostras retribuit nobis. R̄.